

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuersacio t  
cum fonte primo

In affatu siue locucione  
disciplina honeste conuersacionis attenditur in qua  
quinque res sunt obseruande: hoc est quid, cui,  
quomodo, quando et ubi dicatur.

Quid

ut

nunquam in sermonibus ociosa adhibeantur.

Ociosa autem sunt omnia que sunt aut nociua,  
aut inhonesta, aut inutilia.

Inutilia autem sunt que nec loquentibus,  
nec audientibus prosunt.

Inhonestas sunt que uel illius qui loquitur,  
uel cui loquitur, uel de quo loquitur  
dignitati non conueniunt.

Nociua autem sunt que suis suasionibus animos  
auditorum ad errorem siue prauitatem inducunt.

Hugo ibidem (de disciplina monachorum).

In locutione

quinque res sunt observandae, hoc est quid dicatur, cui  
dicatur, ubi dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur.

Quid autem dicendum sit,

hoc primum generali distinctione discernitur, ut uidelicet  
nunquam in sermonibus disciplinatis otiosa adhibeantur.

Otiosa autem sunt omnia, quae sunt aut nociua,  
aut inhonesta, aut inutilia.

Inutilia autem sunt, quae nec loquentibus,  
nec audientibus prosunt.

Inhonestas sunt, quae vel illius qui loquitur,  
vel illius cui loquitur, vel illius de quo loquitur  
dignitati non conueniunt.

Nociua sunt quae suis suasionibus animos  
auditorum sive ad errorem sive ad prauitatem inducunt.

Hugo de sancto Victore, *De institutione nouitiorum*, 13  
(PL 176, col.943D-944A).